



FORMUŁY UROCZYSTEGO BŁOGOSŁAWIENSTWA NAD LUDEM

(Missale Romanum 2002)

IN ASCENSIONE DOMINI

Sacerdos vel diaconus :

Inclináte vos ad benedictiónem.

Deinde sacerdos, manibus super populum extensis, dicit benedictionem :

S. Benedícat vos omnípotens Deus, cuius Unigénitus hodiérna die cælórum alta penetrávit, et vobis, ubi est ipse, ascendéndi áditum reserávit.

R. Amen.

S. Concédát ut, sicut Christus post resurrectionem suam visus est discípulis maniféstus, ita vobis in iudícium véniens appáreat pro æternitáte placátus.

R. Amen.

S. Et qui eum consedére Patri in sua créditis maiestáte, ipsum usque in finem sáeculi vobíscum permanére secúndum eius promissionem læti valeátis experíre.

R. Amen.

S. Et benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Filii, + et Spíritus Sancti, descéndat super vos et máneat semper.

R. Amen.